si finita.§.elegãter.ff.de dam.infec.Item qñ implorat officiũ iudi-
cis contra creditorem vt actio diuidatur non tendit ad alium effe-
ctum q̃ faciat exceptio diuisionis, nã vtraq; via solum contra cre-
ditorẽ operatur vnum, & eundem effectum . Sed qñ q s opponit
creditori exceptionem cedendarũ ista exceptio dum operatur nã
opponens excipit cõtra creditorem vt sic repellat eum.Item ope
ratur contra tutorem, q a si creditor vult cõsequi suũ à tutore con
uento,oportet q ei cedat actionẽ per quã cessionarius impugna-
bit,& aget ꝯ eũ ꝯ quẽ facta est cessio, & sic directo ista cessio tẽdit
postea ad impugnãdũ & agendũ. quẽ effectũ nõ poterat cõsequi
cessionarius ꝯ tutorẽ p aliquã viã cessionis. nõ mirũ ergo si magis
fauemus bñficio diuisionis,p q quo ad effectũ,q s non consequit
nisi effectũ exceptionis.q̃ bñficio cessionis, p quod q s consequit
ius agẽdi,cũ magis faueat exceptioni q̃ actioni l.arrianus. cũ si.ff.
de act.& obl.vñ tenendo cõem opi.põt respõderi ad l.magistra-
tus . q aliud est in magistratib.& aliud i tutorib.vñ in hac materia
in omnib.non equiparant, vt l.imperatores.la.j.ff.ad muni.iuncta
gl.magistra.dũ alle.l.lucius. la.j.Non displicet mihi,tñ illa opi.quã
ponit gl.in.§.nũc tractemus.in ver.societatis,vt distinguat vtrum
dolus sit in administrando,an in non administrãdo, q a satis sustẽ
tabilis est dicta opi.pro qua facit q delictũ cõmissum in omittẽdo
est minus graue q̃ delictũ cõmissum in cõmittẽdo.vt no.in l.si mo
ra.ff.sol.ma.& l.si seruum.aux.prin.ff.de ver.obl.¶ In ea.ibi & nulli
cedit actio &c.Referas hoc ad quartũ casum tñ.s.qñ dolose admĩ
nistrarunt.sed in tertio casu qñ nullus gessit dolo non interueniẽ
te haberet locũ cessio actionũ, q a periculũ debet eẽ oĩm l.tutores
qui post.§.in eum.& l.tres tutores. ver.itẽ in eo.ff.de admi.tu.ideo
habet locũ tũc regula l.ij in prin.j.de diui.tut.licet secus esset si do-
lo non gessissent,q a nõ esset faciẽda cessio d.l.si plures. & d.l.nũc
tractemus ver.plane.¶ † In ea.ibi,his ergo casib.vno electo nõ p̃-
iudicatur nisi accepto &c hoc nõ est verum ita indistincte. immo
transactio facta cũ vno prodesset alteri,non solum in accepto,sed
vsq; ad virilem partẽ illius cũ quo transactũ est,si minus virili cre-
ditor accepisset ab eo cũ quo transegit, attento q habet locũ etiã
inter dolosos beneficiũ diuisionis qñ oẽs sunt soluendo, sm ma-
gis cõem opi.de qua dixi.s.vbi aũt soluendo non essent omnes,&
transactio facta esset cũ illo,qui soluendo non erat,prodesset alte-
ri.ita demũ si non fuisset in dolo, q a si cõueniret à creditore pos-
set ipse cõuentus opponere exceptionẽ cedendarũ d.l.ij.in prin.j.
de admi.tu.& q a creditor nõ posset cedere actiones cum effectu
ꝯ tutorẽ, q a cũ eo transegerat ideo repelleret creditor pro parte
quã cedere tenebat d.l.stichũ.§.pe.& d.l.si pupillus.¶ Sed si oppo-
nens exceptionẽ cedendarum fuisset in dolo circa tutelam, tunc
est verũ q q a non posset opponere exceptionẽ cedendarũ per d.
vers.plane iõ tunc transactio sibi nõ pdesset, & ita intelligi debet
hæc gl.à doct.male declarata. ¶ Ad hoc vltimum obstat si diceret
quod imo sibi deberet prodesse transactio p p bñficiũ diuisionis
quo ad virilem partẽ illius cũ quo transactũ esset quasi non pos-
set allegare creditor, q ille cũ quo transegit,soluendo non erat p
dictam l.vir ab eo.& dixi in princ.huius gl.referendo Cyn.& not.
Bart.in l.si stipulatus esses a me.§.si duob.de fideiuss.q a responde
q illud hoc casu locũ non habet.s.qñ creditor cedere non tenet
tertio, nam non tenebat creditor cedere ac.doloso h.d.l.si plures.
¶ Sed in casu d.l.vir ab eo.ibi maritus sol.mat.sine dubio debuis-
set cedere act.cõpetentes cõtra inopẽ debitorem,iux.l.si socius.§.
lucius.ff.sol.mat.& illas cedere non poterat facto suo,ideo perin-
de habet ibi ac si debitor soluendo esset. Et ita ẽt erat in casu quẽ
recitaui in prin.hui* gl.nã quod ibi dixi intellige sm q hic dico.s.
q cessio fieri debebat vt q a petens cessionẽ non fuerat in dolo, &
ita sustineo opi.huius gl.hic. ¶ † In ea.ibi , pro virili.hoc limita nisi
ob culpam illius cũ quo transactio facta fuit conueniatur iste cõ-
tutor,nam tunc tenetur creditor isti cõuento cedere actionẽ in to
tũ ꝯ illũ q culpã cõmisit l.vñ quæri.ff.commo.& no.Bar.in l.mo-
destinus.ff.de sol.& ita cũ creditor cedere nõ possit ꝯ illũ, q a cum
eo transegit,iõ nõ poterit istũ tertiũ p virili cõuenire a'd d.l.stichũ.
§.pe.& ita ẽt senserunt hic Bar.& alij.¶ † Et pro intelligentia mãe
habes p̃supponere q tutores hñt vnum beneficiũ q appellat or-
dinis a,vt qñ vnus gessit alter non gessit.nam si cõueniret primo il-
le q̃ nihil gessit, posset opponere exceptionẽ ordinis.s.q primo cõ
ueniat ille q̃ gessit,& eo non existẽte soluẽdo cõueniat magistra-
tus qui eũ dedit, & eo reperto nõ soluendo cõuenit ille qui nihil
gessit. de quo dic vt plene no. p gl.in l.ij.j.de diui.tu.& in d.§.nunc
tractemus.per doc.hoc. ¶ Et in isto casu nõ habet locũ sm benefi
ciũ.s.diuisionis de quo statim dicam, q a illud habet locũ qñ oẽs
pñt simul cõueniri.Est ergo sm beneficiũ.s.diuisionis . q istud ha-
bet locũ inter tutores qñ oẽs gesserunt vel oẽs nõ gesserunt.nam
quilibet est obligatus insolidũ,tñ si omnes sunt soluẽdo habet lo-
cũ beneficiũ diuisionis inter oẽs d.§.nunc tractemus. ¶ Tertiũ est
beneficiũ cedendarũ quod sibi locũ vendicat qñ vnus tutorũ cõ-
uenit insolidũ vt q a alij non sint soluendo,nã ille qui soluẽdo est,
potest exigi insolidũ, tamen ei creditor tenet cedere actiones com
petentes ꝯ illum q̃ soluendo non est, & erit vtilis cessio si ille per-
uenerit ad pinguiorem fortunã . Et istud beneficiũ habet locũ si-
ue oẽs gesserint,siue quidam tñ, de quo habet in d.l.ij.in prin.de
diu.tu.& ẽt in d.§.tunc tractemus . & ibi ẽt habes quartũ bñficiũ
vtilis actionis nego.gest.q̃ sine cessione aliqua dat illi q̃ cessionem
petere potuisset,& nõ periit.vñ regula huius l.firma manet, q pa-
ctũ factũ cũ vno nõ prodest alteri cõtutori, nisi in casibus in q bus
cõpeteret aliquod istorũ bñficiorũ illi contutori.Et in q bus cõpe-
tant ista beneficia,& in q bus nõ, patet ex not.hic in glo.& plenius
p Bar.hic,iunctis his q̃ dixi.s. ¶ † Postremo extra gl.quærit hic Cy.
& Ray.&c,an si p acceptilationẽ facta fuit liberatio in casu huius l.
prosit

ADDITIO.

a ¶ Ordinis. De materia ista vide pulchre per Fran.de Aret.consi.[illegible] incip.in Christi
nomine, & eius matris &c.vbi multa pulchra dicit. & an ista beneficia compe-
tat voluntarie administrantibus.

prosit alteri,& cõcludũt quod aut erãt obligati tutores quilibet ꝓ parte, vt qñ per partes diuisa erat tutela à testatore vel à iudice.& tũc nõ prodest alteri l.ij.§.si tñ hoiem ver.idẽq; est.de ver.obl.aut erãt obligati insolidũ,vt qñ diuisa nõ erat tutela, & tũc prodest alteri l.si ex pluribus.ff.de accep.Sed Bart.hic licet de eis mentionẽ nõ faciat, intelligit istud vltimũ esse verũ nisi ꝓcederet transactio, & sup ea fieret acceptilatio,nã tũc nõ extẽdet acceptilatio vlteri⁹ q̃ sit nã trãsactionis l.iij.j.eo.iũcta hac l.& sic nõ ꝓderit alteri. Ful. dicit ꝙ aut acceptilatio post trãsactionẽ fuit interposita sup toto, & procedit opi.Cy.aut liberatio fuit sup parte, & tũc procedit limitatio Bar.qa proderit tñ illi cũ quo facta est transactio,quasi facta sit quædã diuisio ar.l.inter eos.§.j.ff.de fideiuss.Pau.de Ca.subdit hic circa hoc vnum ꝙ liberatio facta gratis vni in dubio, vr̃ facta sup toto, qa mero iure quilibet est obligatus insolidum dato ꝙ habeant beneficiũ diuisionis.vñ fauore liberationis intelligitur facta super toto l.iij.§.nunc de effectu.de libe.leg.& expressius in d.l.si ex plurib.Omnia ista videntur verissima & ex ipsis collige ꝑfectam distinctionẽ.¶ † In ea gl.ibi,i omni eo ꝙ deest &c. Aduerte qa immo dicendũ ꝙ transactio prosit tertio quo ad virilẽ illius cum quo transactum fuit ꝓp beneficiũ diuisionis quod habet tertius.& ita videñ intelligere omnes hic. ¶ Quicquid dixerit Ang. qui inepte loquutus dixit ꝙ si oẽs dolo gessissent pactũ cum vno proderit alijs,qa tũc qlibet in effectu est insolidũ obligat⁹ ad vnũ & idem. ¶ Et ideo fm eum videñ esse tanq̃ duo rei debẽdi ideo pactũ factum vni liberat aliũ alleg.l.idẽ in duobus.ff.de pac.& minus bene dicit qa imo regulariter pactũ factũ vni ex correis non ꝓdest alteri l.iij.§.nũc de effectu.ff.de lib.leg.& plene per Bart.in l.ex duobus.in.vj.q.de duo.re.vide dic melius vt hic per Bar.

Antonini. LEX .II.

1 *Transactio valida potest fieri timore litis mote, vel mouende.*

1 Cum te. † Timor litis mote vel mouende ẽt de facto & non de iure est sufficiens causa propter quam fieri possit transactio valida. iõ ex cautione interposita daẽ actio & soluti inhibetur repetitio h.d. ¶ Not.ꝙ dixi in summario cui adde not.per gl.& doc.in l.j.ff.eod.& per Bart.in l. causas.j.eo.Reliqua in materia huius l.veniunt tractanda in l.sub prætextu instrumenti post reperti.j.eod.

Alex. LEX III.

1 *Transactio ad alteram partem non extenditur, si petatur pars pecunie debite & super parte petita transigatur.*
2 *Exceptionẽ obscurã proponẽs, potest cogi exceptionẽ declarare iudicis officio.*
3 *Excipiens de transactione non videtur confiteri debitum.*
4 *Arguere an liceat de sententia ad transactionem.*

1 Age cum Geminiano. ¶ † Si petaẽ pars pecunie debite,& sup parte petita transigaẽ,transactio ad alterã partem non extendiẽ h.d.fm lec. quę ponitur in gl.in verbo,nominatim.¶ Nam tenebatur iste Geminianus hæres patris in centum ex vna specie administrationis, puta ex administratione frumẽti, & ex illa cã egerat a d.v.trãsegit. & pro ista lectura facit tex.in ver. de quanta pecunia.non enim dixit de quota pecunia. ad idẽ text. in verbo, quantam pecuniã relinquam &c.Sed fm aliã lec.q̃ colligiẽ ex gl.in verbo,pecunia. & etiam ex gl.fi.hoc intendit.Si petitio, & transactio est specialis non p̃iudicat nisi in eo super quo facta est transactio spãlis, licet petitio fuerit generalis h.d.Nam curator hic administrauerat tam in specie administrationis frumẽti q̃ in administratione lane, & fuit conuentus generaliter vt redderet administrationis rõnem,& reliqua cõsignaret. demũ transactio fuit facta sup spẽ administrationis frumẽti pro qua transactione creditor partẽ recepit, tñ non præiudicat transactio quin agi possit pro administratione lane. & fm istam lecturam expone text.in verbo,de quãta pecunia. prout facit gl.vel accipe pecuniã large pro omni re.l.ij.post mediũ.j.de constitu.pecu.l.pecunie.ff. de ver.sig.& de ista materia tractant doc.in l.si, de certa.j.eo.& dicet.j.¶ † In text.ibi,q̃ret de q̃ta &c.No.ꝙ vbi petitio est generalis, & exceptio est generalis põt iudex ex officio cogere reũ ad declarandũ exceptionẽ suã, vt est tex.hic no.fm Bal.& Sal.& tanto magis cogere poterit actorẽ fm Bal.Et sic est tex.hic de eo de quo dubitauit Ant.de Butr.in c.j.de li.obla.vbi dicit se putare iudicẽ cogere posse actorẽ ad declarãdũ libellũ generalẽ [a] ẽt non petẽdo reo cũ hoc iudicis intersit vt certã ferre possit sniam.& idẽ ẽt no.Bald. in l.j.j.vt q̃ desunt aduo.ꝑ hanc l.¶ Bene facit l.vbicunq;.ff.de interrog.act.c.cũ Ioannes.de fide instr.& ꝙ no.Bar.in l.iiij.§.hoc aũt in.iiij.q.ff.de dam.infec.¶ † In tex.ibi, probatũ fuerit &c.hic ꝓbaẽ ꝙ opponens exceptionẽ transactionis nõ vr̃ cõfiteri debitũ. vndę oportet ꝓbari debitũ [b] subesse.& hoc fm Bal.de qua materia, vide ꝑ Bar.in l.nõ vtiq;.ff.de except.cum cõcord.& addi.quas anno p̃terito satis plene dedi in l.decẽ.ff.de ver.obl.Itẽ not.maxime fm primã lec.ꝙ q. debet recipere centũ ex vna cã,& actione põt petere l.tñ,& sic partẽ.& ita practicant cõter aduocati dubitantes de iure suo,vt sic experiant, an ex illa parte obtineãt fm Ang.hic.de qua materia vide ꝑ Bar.in l.cõmodato.§.duobus.ff.cõmodati & l. scire debemus.in princ.ff.de verb.obl.cum concor.quas ibi scrip. ¶ In gl.fi.ibi, immo i iudi.&c.vera est opi.gl.sic declarãdo, vz ꝙ in casu d.l.licet petitio fuerit generalis, prosequutio vero specialis, & sentẽtia demum fuit generalis. vñ cum snia de sui natura referat se ad petitionem l.fi.C.de fideicom.lib.cũ vulga.Ideo de rigore snia absolutoria generalis trahebaẽ ad oia . tñ si absolutus opponat de generali absolutoria, poterit & necesse habebit aduersarius replicare ꝙ illa snia generalis restringitur ad prosequuta, & probata tñ. sed transactio hic fuit specialis . vñ ipso iure iudex videns transactionẽ specialem absq; eo ꝙ actor replicet, ꝙ trãsactio fuerit specialis nõ absoluet reum nisi ab illa specie super qua fuit 4 transactum.† Et ex hac gl.habes notare ꝙ in hac materia nõ procedit argumẽtũ de snia ad transactionem, & idẽ nota. expressius in gl.in l.sub prætextu specierum.j.eod.dic vt ibi per doc.

ADDITIONES.

a ¶Generalem. Adde ꝙ Ang.consi.cxxv.dicit quod fatuus est iudex qui talem libellum admittit,& ad materiam huius l. vide Roma.consi.ccclxxj.

b ¶Probari debitũ. Sed an trãsigẽs videatur fateri delictũ, vide Pau.de Ca.cõsi.cxxxj.

Alex. LEX IIII.

1 *Creditor dolo inductus per debitorem ad transigendum, ad actionem penitus extinctam redire non potest.*
2 *Acceptilatio, an sit de iure gentium vel ciuili.*
3 *Nisi, de hac dictione vide hic remissiue.*
4 *Remittere, an sit dare vel facere.*
5 *Promittens nunquam petere pro mala administratione, non prohibetur petere de facto &c.*
6 *Vltima voluntas, & contractus an inter se differant.*
7 *Acceptilatio quid operetur in eo qui promisit non petere.*

1 Actione. † Creditor dolo inductus ꝑ debitorẽ ad transigendũ ad actionẽ pœnitus extinctã redire nõ põt, sed ei ꝑ actionẽ doli succurriẽ ad interesse nisi sup illa actione doli fuerit trãsactũ h.d.fm lect.Azo.quã glo.tenere vr̃. ¶ Vel sic fm lectu.Placenti. Si reus cõtẽta in trãsactione nõ obseruat actori,qui ẽt pro parte ꝑfecte non põt adimplere, tñ facit q̃ eq.d põt,nõ daẽ actori regressus ad extinctã actionẽ, nec põt agere vt adimpleaẽ transactio si stipulatio in transactione non interuenit,sed simplex pactũ.iõ in subsidium succurriẽ ꝑ actionem de dolo ad interesse,nisi super actione de dolo sit transactum h.d. in effectu,& istam lec.sustinent aliqui, & aliqui non,vt in gl.dicã. ¶ No.fm primam lec.ꝙ dolus, dans causam acceptilationi interposite sup actione ẽt bonefidei nõ impedit etiam acceptilationẽ valere.de quo plene in l.sub prætextu instrumẽti postea reperti.j. 2 eo.¶ † No.fm secundam lec.iuncta gl.mag.in ver.vel.iij.ꝙ ille qui promisit in perpetuũ non petere non dr̃ ꝑfecte adimplere,etiã si liberet ꝑ acceptilationẽ illũ a quo non petere promisit.& idẽ fuit de mente gl.mag.in l.j.ad fi.§.ti.j.de quo satis dubitauit Saly.in l. siue apud acta.j.eo.& tandẽ tenet ista partem, licet istum text.nõ alleget. & hoc ẽt tenuit Bar.ibi in gl.in ver.deducta,ibi iuregẽtiũ. quasi velit gl.ꝙ acceptilatio,quæ inuentione, & quo ad formã inducta est a iure ciuili l.actus legitimi,de reg.iur.& no.gl.& doc.in l.an inutilis.§.fi.in ver.iurisgen.ff.de accep.non debet posse tollere obligationes nascẽtes ex ꝯtrib.iurisgen.l.ex hoc iure.ff.de iusti. & iur.arg.l.eas.ff.de capi.dimi.& qa nihil tam naturale &c.c.nihil de reg.iur.& hãc rõnẽ reddit expressius gl.in l.fi.j.de accep. Tamẽ vt ẽt voluit Sal.& Ful.hic non debuisset gl.se fundare in hoc, ꝙ acceptilatio nõ posset tollere obligationẽ inductã iure gentiũ, qa si esset obligatio orta a cõtractu inducto de iure ciuili dũmodo nõ esset cõtractus celebratus verbis,exemplũ in ꝯctu emphyteutico & in alijs enumeratis ꝑ gl.fi.in d.l.ex hoc iure.non posset tolli per acceptilationẽ, qa acceptilatio q̃ est cõtractus qui celebraẽ verbis non põt tollere ipso iure nisi obligationẽ nascentẽ ex cõtractu celebrato verbis [a] d.l.an inutilis.§.acceptũ fieri.qa in habentib.symbolũ facilior est trãsitus,vt ibi, & in l.si rem.§.itẽ quæcunq;.de rei ven.Et qa per stipulationẽ q̃ est de iure ciuili.ff.de ꝯstu.inst.de ac. & quæ est ꝯtractus qui celebraẽ verbis l.obligamur.§.verbis.ff.de act.& oblig.põt nouari omnis præcedens obligatio contracta re, vel cõsensu ẽt si sit de iuregen.l.j.ff.de noua.Et patet in aquiliana stipulatione.

ADDITIO.

a ¶Verbis. Adde ꝙ voluit Lud.Ro.consi.cxviij.& consi.xiij.

ſtipulatione, & tñ ſecus eſt in acceptilatione.rñ.vt colligiẽ ex not. per glo in d.l.an inutilis.§.fi.in ver.honorario.& ibi clarius p Bar. & vide ẽt not p gl.in ti.quib.mod.tol.obl.§.j.in ver.cedere. & in l. vt reſponſum.j.eo.¶ † In gl.in ver.niſi de dolo. in princ.de hac dictione,niſi ª,vide latius per Bar.in l.j.ff.de cõdi.& dem.per Spe.& Io.And.in tit.de ſponſa.§.j.circa princi.per Arch.in c.j.de conſtitu. in.vj.p Io.And.in reg.peccatum.in mercu.in princi.poſt Dy.ibi p Bal.in auc.niſi.in prin.j.ad Treb.ĩ l.interloquutio.j.cõia . vel Epiſt. & aliquid p Ang.& Imo.in l.qui Romæ.§.cohęredes.ff.de ver.ob. vbi tangunt q.de qua ſe remittit gl.hic.& plene per Alb.in dictionario in ver.niſi.& in dictis locis ẽt habes de dictione,p̃ter,de qua ẽt p gl.& Bar.in l.j.in fi.ff.de pig.act.& per Ia.de Are.Ang.& Imo. in l.qui bona.§.ſi quis q.a.ff.de dam.inf.p illũ tex.& ibi Bal.in auc. hoc amplius.j.de fideicom.& per Bart.& alios hic, & late in dicto dictionario,in ver.p̃ter.¶ In ea.ibi,rñ.de dolo &c.hanc primã lec. oẽs tenent,& eſt ſine ſcrupulo.¶ In ea.ibi decreti cõdõne generaliter.hęc cõiter reprehendiẽ,q̃a illa l.nõ faceret ad titulũ ſm iſtum intellectũ ↄ̃ l.imperatores . cũ vulg.ff.de in diẽ adie.¶ In ea.ibi,cũ actio de dolo,vt pbaẽ i l.ſi delegaranus.cũ ibi no.ff.de dolo.& no. in l.ij.j.de dolo.¶ † In ea.ibi , certũ ibi erat &c.hoc reprehenditur per gl.& omnes in d.l.ſi q̃s accepto, & ẽt per doc.hic, nã nihil repugnat,quin poſſit in priſtinũ ſtatum reſtitui obligatio prout erat licet liquida non eſſet . bene facit l.metũ.la grande.§.ex hoc.verſi. ſed ſi acceptilatio.ff.q̃ metus cau.Quidam tñ vt Iac.Bu.hic conãtur ſuſtinere iſtã ſol.gl.dicẽtes q̃ qñ debitũ nõ liquidũ remittitur tunc remittere non dicitur dare ᵇ,ſed facere, vt not.in l.tranſactio nullo dato.& ibi Bar.j e.& Bart.ĩ l.ſiue apud acta. ¶ Vnde hic erat ↄtractus facio.i.remitto vt des. quo caſu habet locum actio de dolo l.naturalis. quod ſi faciã.de præſcrip.ver.¶ Tamen contrarium tenent hic cõiter doc.q̃a etiam in tali cõtractu, facio vt des,habet locũ actio præſcript.ver.& nõ actio de dolo vbicunq; ex tali facto aliquid adeſt illi cui factũ præſtaẽ l.cum mota.j.eo.& l.ſolent . de præſcri.ver.& no.in d.§.q̃ ſi faciã.& Sal.hic ſuſtinẽdo Iac.But.dicit verũ eſſe q̃ habet locũ actio præſcript.ver.ſi faciẽs vult agere vt ſibi obſeruenẽ promiſſa.ſed ſi vult repetere factũ præſtitũ, tũc ſi tale factũ non eſt repetibile,datur actio de dolo, vt eſt tex.ſm Cyn. Bar.& alios in l.cũ proponas.j.de dolo.ſed dic q̃ per hoc non bene ſuſtinet Sal.opi.Iac.But.q̃a in caſu noſtro factum erat repetibile,vt eſt text.in d.l.ſi quis accepto & in d.§.ex doc.ergo non debet habere locum actio de dolo, ſed conditio ob cauſam d.l.ſi quis.

¶ Licet Bar.in d.§.q̃ ſi faciam. in fi.tenuerit illud q̃ tenet hic Saly. qui tamẽ de Bar.mentionẽ non facit, attamẽ Bar.hic & cõiter alij tenent contrariũ per d.l.ſi quis accepto. intelligẽdo eam vt dixi.ſ. & iſtud teneas, quãuis Frã. Tigri hic concordet cum opi.Iac.Bu.ſ. relata.¶ † In ea.ibi , vel tertio &c.& ſm iſtum intellectũ Bar.Ang. & Paul.de Ca.hic ſuſtinẽt lec.pla.ex quo contractus perfecte impleri non põt per iſtum qui promiſit nunquam petere aliquid occaſione male adminiſtrationis, vt ſibi darentur centum.nam licet hodie nõ petat pro mala adminiſtratione,tamẽ cras petere poterit de facto, licet nõ de iure l.vbi.j.eo.l.elegãter.§.pe.de cõdi.inde. tio.gl.in l.j.in fi.ti.j.¶ Ideo nec agere põt actione pręſcri.ver.vt obſeruentur ſibi promiſſa, q̃a illa actio nõ datur niſi ei qui adimpleuit pro parte ſua d.l.naturalis.§.j.¶ Nec etiam agere poterit conditione ob cauſam , vt reintegretur obligatio diſſoluta per acce.

¶ Quia aut vellet agere cõditione ob cãm ex capite pœnitentiæ, iuxta l.ſi pecuniam.in princ.ff.de conditio.ob cãm.& non poteſt, q̃a nõ habet locum pœnitentia in cõtractu tranſa.l.quãuis j.cod. licet ſit actus innominatus , vt pbaẽ in l.cum proponas.la.ij.& ibi dixi.ſ.ti.j.¶ Aut vellet agere conditione ob cãm ad reintegrandũ dictam oblõnẽ ex capite cauſæ nõ ſequute.ſ q̃a debitor nõ dedit centum,& non põt agere, q̃a tũc cõditio ob cãm cõpetit mihi.ita demũ ſi tu es in mora implendi d.l.naturalis.§.at cũ do.ver.q̃ ſi tale,& l.ij.§.ij.ff.de cõdi.ob cãm.ſed ex quo non impleui tibi pfecte nõ põt dici te eſſe in mora vel culpa l.Iul.§.offerri.ff.de act.emp.l. quæro.§.inter locatorẽ.ff.loc.¶ Ergo cum nulla actio cõpetat & æquũ ſit mihi dari cẽtũ, q̃ mihi promiſiſti attẽto q̃ ego adimpleui inquãtũ in me poſſibile fuit de nõ petẽndo,& te liberãdo p acceptũ.& iõ dal mihi actio de dolo i ſubſidiũ , vt hic.¶ Sed Bal.& Sal. hic tenent ↄ̃riũ.ſ.q̃ iſta lec.Pla.ẽt hoc mõ ſuſtineri nõ poſſit,q̃a cõpetit hoc caſu ↄdino ob cãm d l.ſi q̃s accepto. ergo ceſſare debet actio de dolo d.l.ij.j.de dolo. Non obſt.q̃ perfecte nõ impleuerim q̃a verũ eſt quãtũ ad obli.ſucceſſiuã non petẽdi . ſed quãtũ ad inſtantem liberationẽ bene impleui liberãdo te p accepti.ergo debeo poſſe cõducere illud q̃ impleui.q̃ non puto verũ,q̃a ſi pmitto non petere,intelligiẽ nec de iure,nec de facto.patet, q̃a ſi de facto, incido in pœnã quã promiſi ſi peterẽ vel cõtrauenirẽ l.vbi pactũ.j.eo.& no.gl.in d.l.j.in ti.j.& clare Bal.in l.ſiue apud.& ibi Paul. de Ca.j.eo.ergo licet liberauerim p accepti . & ſic nõ potero amplius agere de iure,q̃a actio eſt extincta tñ adhuc de facto petere potero d.l.vbi & p ↄñs non dicor adimplere vtrunq; prout pmiſi & ſic nõ debeo poſſe agere , vt ẽt firmat gl.in d.l.j.Fulg.hic etiam ſequiẽ opin.Bal.& dicit q̃ inquantũ Bar.vult q̃ cõditio ob cãm habeat locũ , ſi aduerſarius fuit in mora &c.vt dixi.ſ.non bene dicit Bar.ſm Ful.q̃a imo ẽt ſine mora p p cãm non ſequutã habet locũ cõditio ob cãm,vt not.gl.in d.l.ij.§.ij.in ver.cõdici poterit.Et Paul. de Ca.hic fatetur q̃ no.Bart.in hoc bene dixit, nihilominˀ Pau.de Ca.tenet lect.Placen.prout facit Bar.q̃a ex quo non pfecte adimpleuit non debet habere cõditionem ob cãm ſm iuris rigorem. ſed de æquitate,ſi adimpleuit quãtũ i ſe poſſibile fuit habet actionẽ de dolo . & ita dicit verum eſſe intellectũ huius l.ſm hanc lect.

¶ Adde q̃ ẽt Bart.bene dixit q̃ ẽt non habet locũ cõditio ob cãm ex capite cãæ nõ ſequute, niſi fuerit aduerſarius in mora per iura ſuperius alleg.aliàs ſequereẽ q̃ quomodocunq; cã poſſet impleri etiã ſine mora & culpa promiſſoris poſſet indiſtincte repeti ſolutum per cõditionem ob cãm.q̃ eſt cõtra d.l.ſi pecuniam.§.fi.Non obſ.q̃ no.gl.in d.§.ij.q̃a verũ eſt q̃ etiam vbi nulla fuit mora habet locum cõditio ob cãm ex capite pœnitentiæ, vt probatur in d.l.ſi pecuniã.in prin.& ibi late hanc q.ponit Bar.& hæc eſt vera qñ implementum cauſæ pendebat à facto aduerſarij.ſecus ſi à facto tertij,q̃a tunc indiſtincte datur conditio ob cãm , cauſa non ſequuta noo habita cõſideratione more aduerſarij,text.& exemplum habes in l.ſenatus.§.j ibi aut lucius Titius.ff.de dona.cauſa mor.liẽ prædictis adde q̃ Bar.in d.§.q̃ ſi faciam.dicebat q̃ aut iſta ↄuentio de non petendo fuit facta ſuper cõtractu ſeu actione ſtricti iuris, & tunc non põt pcedere lec.Pla.hic in debito liquido, q̃a poterit habere locũ conditio ob cãm ne reſtituaẽ obligatio d.l.ſi q̃s accepto.& ſic tenuit cõtrarium eius q̃ ipſe dixit hic.Aut ſm eum ibidẽ talis cõuentio de non petendo fuit interpoſita ſup contractu ſeu actione bonæ fidei , & tunc q̃a promittens nõ petere põt implere pfecte præſtando cautionẽ de non petẽdo.quæ cautio habet vim perfecti implementi in contractib.bonæ fidei l.inſulam.§.fi.ff.loc. prout ipſemet Bart.ẽt voluit in d.l.ſiue apud.¶ Et iõ ſm eum ſi perfecte non implet cum poſſit habet locũ conditio ob cãm & ſic diſcrepat ab his q̃ ipſe dixit. ¶ Tamẽ in hoc iſta opi.ſua fundata per d.l.inſulã.cõiter damnaẽ p doc.in d.l.inſulã.non probat q̃a loquitur in terminis noſtris,& præſertim non ſequiẽ in cõtractib.innominatis prout nos loquimur, nã quæſtio noſtra eſt in cõtractu trãſactionis qui eſt innominatus , & rõnem differẽtiæ vide in d.l.ſiue apud acta.vbi quãtũ ad hoc ibi latius dicã. ¶ Ideo teneas opi.quã tenet Bar.hic,quã ẽt ſequiẽ Ang.in repe.l.ſi certis annis.ſ.ti.j.& in l.j.§.ſi quis.ff.de do.Sed Pet.& Cy.hic tranſeunt cũ Azo.cõtra Pla. maxime p d.l.j.§.ſi q̃s.ff.de dolo . ſed dic q̃ ille tex.nõ ob.q̃a ibi facto meo mihi pręiudicaui circa illud ad quod vellem nũc agere.ſ. contra actionẽ primam q̃ facto meo p accep.ſeu ſtip.fuit ſublata. ſed nos quærimus , an circa id q̃ mihi promiſſum fuit in tranſa.& petat ac.de dolo ſi non ſeruas promiſſa & certe ſic,q̃a ius mihi ad hoc cõpetens fuit aliquo modo extinctum . ¶ In ea.ibi, & hoc cũ ſit &c.Annectit gl ſol.ſ.poſitã in ver.vel q̃a certum &c.¶ In gl.fi. ibi.l.j.dic melius vt ibi no.& no.p gl.& Bar.in l.in ſumma.i prin.ff. de cõdi.i.indebi.¶ † In ea.in fi.hæc gl.põt intelligi q̃ non velit facere differentiã inter vltimas voluntates,& cõtractus, ſed in mõ cõcipiendi verbi liberationis, & pro hoc ſm Ful.facit iſte tex in ver. niſi ſpãliter . vbi ẽt in actu inter viuos requiriẽ ſpãlis remiſſio doli, ſicut in vltimis voluntatib.alleg.ad idẽ l.Pompo.la.j.& q̃ ibi gl.in verſ.abſit.ff.de nego.geſt.Tamẽ Pe.Cy.Bal.& Sal.cõtra intelligũt q̃ iſta gl.velit facere differentiã inter cõtractus & vltimas voluntates,& cũ ea tranſeunt ipſi. ſed de hoc vide plenius p Bar.in l.auren hõ.§.caius.ff.de lib.leg.& p gl.Bal.& Ange.in l.ſi vnus.§.illud.ff.de pac.& p Cy.& Bal.in l.ſub prætextu.la.ij.j.eo.& p Bal.& Imo.in l. ſi ſeruus vetitus.de leg.j.& p Bal.in l.cum neceſſitatem.j.de fideicõ.vbi dicit iſtam gl.eſſe ſing.¶ † Vltimo inquantũ dixi ſuper tex. q̃ ſi promiſi non petere non dicor perfecte implere liberando p accepti.adde q̃ Saly.in l.ſiue apud.dicebat hoc eſſe verũ ſi offero me paratũ te liberare per accep.& tu non conſentis.ſed ſi ſponte recipis liberationẽ p accepti.videris habere hoc pro perfecto implemento , ſicut qñ ſponte recipis cautionẽ iuratã per not.per gl.in d.l.ſiue apud.& declarat Bar.in l.mutuanc.ff.de cõdi.& dem. adde q̃ hic vĩ text.cõtra eum ſm lect.primã,nam videris pmiſiſſe duo.ſ.

ADDITIONES.

a ¶Fran.Cur. Niſi.De hac dictione vide Alex.cõſi.lix.& de dictione,poteſt per Old. cõſi.xlviij.per Lud.Ro.conſi.cccxxxviij.& per eundẽ Alex.in conſi.clij.verſi.nec obſtat.v.vol.& p Saly.in l.ij.j.qui accuſ.p do.de ſancto Gemi.in c.fi.de lit.cõteſt. in.vj.& in c.fi.in notabil.de reſti.ſpol.no.lj.& de dictione,præter, vide Roma in conſi.cccxxviij.inci.præſens conſultatio.& Ang in conſi.ccvj.incip.quoniam.

b ¶Fran.Cur. Non dicitur dare . An & quando remittere dicatur dare per eundem Alex.l.ſi mulier.j.de condi.ob cauſam.

duo.s.non petere de iure, nec de facto, & tu liberando per accep.
adimples vnum tñ, & sic pro parte, q̃a non poteris petere de iu-
re, vt dixi.s̃. ergo non perfecte adimpleuisti. & ita vr̃ etiam esse de
mente Bar.in d.l.siue apud.& hic.¶ Non ob.hic q̃ dicit Sal.de pre-
statione cautionis muoane, q̃a ibi recipiens præstationem cautio
nis mutuane, quæ non erat debita, vr̃ tunc recipere loco debiti.i.
loco pleni implementi.arg.l.ij.§.j.in ver.inuito.ff.si cer.pet.

Alex. LEX V.

a *Confessio probat, & defectus scripturæ transactionem non vitiat.*

1 a CVm te. † Confessio probat a. Et defectus scri-
pturæ, transactionem non vitiat, hoc
dicit.

ADDITIO.

a ¶Probat. Inquantum Ias.hic dixit, quod maioris est efficaciæ cõfessio, q̃ aliqua alia
probatio, quia ex cõfessione licet inualidus sit processus põt sentẽtia valida ferri.
item post conclusionẽ in causa nõ admittitur nisi confessio. item contra præsum
ptionẽ iuris, & de iure nõ admittitur in cõtrariũ nisi per cõfes. item cõtra senten
tiam latam quæ transiuit in rem iudicatã non potest aliud probari nisi per con-
fessionẽ eius in cuius fauorẽ lata est. adde quo ad primũ Ang.consi.xxvij. quo ad
s̃m doc.de ro.decisi.cccx. quo ad tertiũ Lud.Ro.cõsi.cccl. quo ad vltimum vide
Ang.consi.clxxxvij. & adde quintum quod per cõfessionẽ partis tollitur proba-
tio testium, & instrumentorũ, vt voluit Bar.in l.ij.§.creditum.ff.si cer.pet.Bald.
in.§.quib.s̃.in.j.consti.C.sequitur Lud.Ro.consi.cccxcj.

Alex. LEX VI.

1 *Querela inofficiosi testamẽti remissa per trãsactionẽ, an possit denuo intentari.*
2 *Litis contestationis effectus durant, licet lis non sit prosequuta & perempta
sit instantia.*
3 *Verbum suscipere & recipere, important idem q̃ dare.*
4 *Cõtractus innominati cognoscunt ex forma ineundi, & nõ ex forma implendi.*
5 *Actio præscriptis verbis datur ad interesse non autem ad dandum.*
6 *Præparationi querelæ inoffi.testa.nõ videtur renunciatum per transactionem.*
7 *Querela inoffic.testa.an competat filijs ex persona matris exhæredatæ, si ei
non fuerint seruata promissa.*
8 *Dispositio in dubio intelligitur facta sub modo, & non sub conditione.*
9 *Actio præscriptis verbis regulariter est natiua.*
10 *Actio, an detur ex pacto.*

1 CVm mota. † Ad quærelam inoffic.testa.
motam & trãsactione remis-
sam, non datur regressus hæredib.transigentis, li-
cet promissa eis non seruent. sed cõtra non seruã-
tẽ succurrit̃ p̃ actionẽ ex stipulatione, vel p̃scr.ver.
2 si stipulatio non intercessit h.d.¶ † Not.coniuncta
gl.j.q̃ licet aliàs effectus resultantes ex litis cõtest.durent, licet lis
non sit prosequuta & perempta sit instantia l.fi.j.de p̃scr.xxx.ann.
& no.gl.in l.properandũ.§.j.in ver.iudicij.j.de iudi. Tamẽ fallit q̃ñ
à lite esset recessum cõuentione partiũ, vt hic. q̃ est not.dignũ s̃m
oẽs hic, & ad hoc ille tex.est sing.s̃m Ang.in l.4.ff.de priua.deli.ad-
de gl.in l.j.j.de p̃scr.lon.tẽp.& intelligo, vt ibi per Bar.& no.per d.
Abb.in c.cũm.el.j.in fi.de test.& per Bene.de plũ.in l.ij.§.p̃scripto.
post gl.ff.de sta.defun.facit l.nã & si parentib.§.j.& ibi not.Ang.ff.
3 de inoffi.testa.& dixi in l.ij.s̃.de eden.¶ † No.iuncta gl.j.q̃ ista ver-
ba, susciperet seu reciperet &c.posita in tex.important idem q̃ da
rent.i.important translationem dñij prout verbum dare l.vbi aũt.
§.fi.de verb.obli.§.si itaq;.instit.de act.cum si.& hoc sequitur Bart.
& alij cõiter hic. In cõtrariũ est tex.in l.naturalis.§.j.in vers.emptio.
& venditio est &c.iuncta l.ex empto.in princ.ff.de act.empti.ideo
distingue vt sint per Bart.in d.§.j.& in l.j.ff.de rer.permu.& aliquid
4 per eum in l.fi.in princi.de cõdi.ob cãm.¶ † Tertio no.ex isto tex.
iuncta eadem gl.q̃ cõtractus innominati cognoscuntur ex forma
ineundi & nõ ex forma implendi.& idẽ no.gl.fi.in l.ex placito.C.
de rer.permu.& hoc sequit̃ Iac.But.per aliquas rõnes quas ibi re-
fert Barto.& idem tenet Bald.in pen.q.& Ricard.& Bart.& Salyc.
¶ Sed Bar.hic, cũ quo simpliciter hic transit Pau.de Cast.& Ianus
Bar.in d.l.naturalis.§.pen.& d.l.ex placito.& in l.cum proponas.j.
de dolo.& in l.siue apud.j.eod.& in l.si intra.ff.de pac.& in l.si q̃s
cum debitore. de iureiuran.& per plura tenet contra glo.& vult
quod si do tibi librum vt manumittas seruum tuũ ex parte mea
est, do vt facias. ex parte vero tua est, facio vt des, sicut contractus
emptionis ex parte emptoris dr̃ emptio, & ex parte venditoris dr̃
vẽditio.& idẽ in effectu volunt Pet.& Cy.in d.l.ex placito.in.iij.q.
& Ang.ibi, & hic. sed hoc reprehẽdit Bal.hic, q̃a istud est facere de
vno cõtractu duos. q̃ rõ satis leuis est p̃ id q̃ dictũ est de contractu
emptionis. Sal.hic dicit q̃ ꝯ Bart.est tex.cui nõ põt responderi s̃m
eum in l.iurisgentiũ.post prin.in ver.& ideo puto.ff.de pac.nam si
vera esset opi.Bart.ei qui manumisit debuisset dari actio de dolo.
d.l.naturalis.§.q̃ si faciã. sed in d.ver.& ideo puto.ẽt dr̃ q̃ dal actio
p̃scri.verb.ergo est ꝯtus, do vt facias, ẽt ex parte faciẽtos inspecta
forma ineundi.& istã opi.ẽt tenuit Ang.in d.l.iurisgen.p̃ illũ text.

& ibidẽ Bal.¶ Et tñ.Bal.& Sal.ibi ad rõnẽ Bar.de emp.& ven.q̃a
s̃m eos in emp.& ven.quælibet pars ꝯct⁹ est æque principalis.sed
in casu nr̃o partes ꝯctus sunt adinuicẽ subordinatæ. ¶ Sed certe
ista sunt verba ad Corinthios, & pro opi.Bar.est tex.non violando
in d.l.naturalis.§.at cũ do.ver.sed si dedi.nam ibi.inspecta forma
cõuentionis fuit, do vt facias.& ex parte facientis dat̃ actio de do-
lo.ergo ex parte eius est, facio vt des, vt in d.§.q̃.si faciã.nõ ob.d.l.
iurisgentiũ.q̃a respondeo q̃ in ꝯctu facio vt des, dat̃ facienti actio
de dolo ꝯ eum q̃ dolo nunquã dedit, sed ꝯ eum qui dedit, sed nõ
p̃fecte dedit nõ. dat̃ actio de dolo d.§.at cũ do.ver.sed si dedi.in fi.
5 & in d.l.iurisgen.circa prin.& ibi gl.in ver.stichũ.¶ † Quarto not.
ex isto tex.in ver.id q̃ interest.iunctis quę dixi in.ij.no.q̃ sicut actio
p̃scri ver.q̃ oritur ex ꝯctu innominato, non datur ꝯ obligatũ, vt p̃-
cise cogat̃ ad dandũ, sed dat̃ ad interesse, d.l.naturalis.§.j.& not.in
l.cũ p̃cib.j.de rerum permu.ita ẽt actio ex stipulatione interpolita
sup ꝯctu innominato vt hic. & in hoc iste tex.est sin.s̃m Ange.hic,
& sequunt̃ omnes hic, & Ang.& Imo.in l.stipulationes nõ diuidũ
tur.& ibi ẽt dixi.ff.de ver.obl.¶ Licet vbi stipulatio p̃ se interponi
tur in obligatione dandi, non det̃ ad interesse sed ad præcise dan-
6 dũ l.vbi aũt.in fi.de ver.obl.¶ † In gl.in ver.p̃ vos ibi, si viueret &c.
hanc primã sol.tenet Pe.Cy.Iac.Bu.Ray.Bar.Ang.& Sal.Sed Bal.
hic reprehẽdit eam, q̃a p̃ transactionem non vr̃ renunciatũ p̃pa-
rationi quærele, q̃a s̃m eum durat cã & instantia d.l.si instituta, in
ver.cãm integrã. ergo nihil ob.quin transmittit possit quærela ad
hæredes, vñ respõdet ipse ad d.l.si instituta. q̃ ibi fuit transactum
de desistendo à lite non tñ repudiando quærelã. hic aũt transegit
repudiãdo quærelã, vt patet hic in verbo, omissam, & q̃a renũcia-
tũ fuit q̃rele merito non transmittit̃ l.si q̃s filiũ.j.de inof.testa. Ful.
hic approbat primã so.gl.& tñ non vr̃ mentionẽ facere de Bal.nã
licet sol.Bal.in se sit vera, licet de Bal.&c. Ful.dicit q̃ in l.si instituta
fuit transactũ, sed nondũ erat remissa lis, sed promissum erat for-
te à muliere exhęredata q̃ ipsa renunciaret liti, vnde posset casum
prosequi si sibi nõ seruarent promissa. sed hic à lite erat recessum,
& illi renunciatũ, vñ litẽ transactione finitã restaurare non licet l.
si pro fundo.j.eo.& ita ẽt intelligit l.nam & si parentib.§.j. Pau.de
Ca.hic omnib.trãsit cum Bal.& dicit q̃ renunciando liti extingui-
tur lis, & quærela ipso iure & extinguunt̃ actiones oriẽtes ex de-
licto, vt hic in gl.mag.ad fi.& l.Papi.§.si q̃s post.ff.de inoffi.testa &
sic volunt isti q̃ in casu huius l.ẽt si ipsa mater viueret non posset
ad quærelã redire. & istũ intellectũ sensit gl.in c.cũ inter.in versi.
cõsensu.de electio. Sed certe intellectus istorum ad l.si instituta.vr̃
aliqualiter vaticinari. iõ tutiorẽ puto primam sol.omissa noua so.
& intellectu dato per Ange.in d.l.si instituta.ad illum tex.& dum
Pau.de Ca.dicit q̃ ipso iure extinguit̃ quærela per illã transactio-
7 nẽ, dic q̃ cõiter tenet̃ ꝯrium, vt dicet̃ sup glo.¶ † Sed circa hoc est
dubiũ vtrũ in casu huius l.non obstante transactione, filij & hære-
des huius matris exhæredatæ possint quærelare testamentũ ex p̃-
sona matris si eis nõ seruant̃ promissa. & certe si nos tenemus di-
ctã opi.Bal.& sequaciũ q̃ p̃ istam transactionẽ mr̃ tanquã renun-
cians sit irreuocabiliter exclusa, clarũ est q̃ nec etiã filij possent ve
nire ad quærelã per d.l.si quis filiũ.in vers.repudiant.sed si nos te-
nemus q̃ nõ videat̃ exclusa mater vt tenet gl.hic in p̃n.quã sequi-
tur Bart.& sequẽtes prout tenui, tũc attẽto q̃ nõ est necessaria ho-
die præparatio quærele vt transmittat̃ ad liberos d.l.si quis filium
ideo licet renunciatũ præparationi nihil noceret, & per hoc patet
rñsum ad l.si filius.ff.de min.quã ad hoc alle.Bal.hic in argumẽtũ,
q̃a ibi restitutio cui renunciabat̃ erat necessaria ad bon.possess.&
ex hoc habes limitationẽ ad l.si q̃s filiũ. in fi.& istud vltimum etiã
8 tenuit Ful.hic, licet leuissime declaret, & nil boni dicat. ¶ † In ea.
ibi, vel ibi sub cõditione &c.hæc vera i se, sed diuinat & iuxta hãc
gl.cõcludunt cõiter oẽs q̃ in dubio si nõ apparet, an dispositio sit
facta sub cõditione vel sub mõ intelligit̃ in dubio sub mõ l.q̃ro.§.
inter locatorẽ. in ver.exce.ff.loc.nã ibi promisit locator pœnam si
expelleret cõductorẽ obligatũ ad pensionẽ, nã nõ intelligitur illa
p̃missio de nõ expellẽdo esse facta sub cõditione, si cõductor sol-
uat pensionẽ, q̃a si intelligeret̃ facta sub cõditione illa, locator ex-
pellendo colonũ nõ soluẽtẽ pensionẽ non incideret mero iure in
pœnã l.cedere diẽ.de ver.sig.& tñ in.§.inter locatorẽ. innuit q̃ in-
cidit, licet ob.exce.ergo ibi nõ intelligit̃ cõditio, sed mod⁹, scilicet
vt soluat pensionẽ, & modus nõ suspendit actum sicut conditio l.
q̃b.§.fi.de cõdi.& dem.l.ij.& ibi no.j.de his q̃ sub mõ. Ful.hic dicit
q̃ ille tex.intelligit̃ de exceptione doli q̃ erat facti vel intentionis,
& q̃ per ꝯñs nõ p̃supponit actionem mero iure cõpetere, vt l.si q̃s
se debere.cũ gl.mag.ff.de cõdi.ob cãm. & sic ille tex.nõ p̃bat opi.
doc.q̃ñ ibi nõ erat nata actio, q̃a inerat tacita conditio q̃ impedit
natiuitatẽ actionis sicut expressa vt no.in l.ẽt q̃a.ff.de pac.tñ dicit
Rap.q̃ opi.doct.probat̃ p̃ l.si p̃ fundo.j.eo.sed certe nec ibi p̃bat̃.
& est casus valde diuersus vt ibi declarat Bal.vñ dico q̃ cõtra opi.
doc.

doc.hic est tex.& ibi no.Bar.in l.à testatore.ff.de ɔdi.& dem.& ibi expressius Imo.qui dicit not.ꝙ vbi verba sunt dubia potius interpretanẽ, ꝙ inducant cõdi.q̃ modũ [a] ꝙ dicit sin.no.& alibi meli' nõ ꝓbat.& tenẽdo opi.doc.hic nõ video posse rñderi ad illũ text.nisi ꝙ ibi illud operatẽ nã ablatiui q̃ resoluit in cõditionẽ. Et ad respõsionẽ datã ꝑ Ful.ad d.§.inter locatorẽ.facilime p'ot rñderi per no. ꝑ gl.in d.l.qui se debere.Bal.hic in l.& si post tres.ff.si q̃s cau.dicit ꝙ vbi apparet ꝙ cã requireret ad originẽ importat cõditionẽ. secus si ad effectũ.tex.& exẽplũ habes in l.cũ tale.§.[b] j.ff.de condi.& dem.vbi de hoc nõ reperitur melior tex.in iu c.¶ In ea.ibi,vel vbi præparata &c.hæc nihil valet q̃a quo ad ipsam matrem q̃ viuebat in casu d.l.si instituta. nihil refert an esset q̃rela pręparata vel non. ¶ † In gl.fi.in princ.vult ergo hoc ꝙ actio ꝑscr.ver.in casu hui' l.sit datiua,licet regulariter sit natiua l.iurisg.post prin.ver.& nascitẽ.ff.de pac.& istã opi.tenet Bar hic q̃a actio ꝑscr.verb.datẽ ei qui imple uit pro parte sua d.l.naturalis.§.j.sed hic ex parte hæredũ non põt dici ꝑfecte eẽ adimpletũ,q̃a mater ꝓmisit desistere à lite. vñ licet hodie desistatẽ tñ cras poterit saltẽ de facto cessare à desistentia, & ɔuenire l.vbi.j.eo.& s.eo.i l.actione.& ibi fuit dictũ. iõ sm regulas iuris cõis nõ poterit nasci actio ꝑscr.p.verb.tñ q̃a alio mõ nõ posset istis hæredib.succurri lex ex æquitate introduxit actionẽ vtilẽ ꝑscr.verb.& idẽ tenet hic Frã.Tig.& Ang.i repe.l.si certis annis.s.§.j.sed Bal.Sal.& Ful.hic tenẽt eẽ natiuã, q̃a habet materiã ꝑexistentẽ.s.ɔtũ innominatũ ex quo põt nasci: & facit arg.sm eos l.si oleũ.in prin.ver.sed Põponius.ff.de dolo. Nõ ob.ꝙ nõ sit perfecte impletũ, q̃a imo ꝑ mortẽ mr̃is singitẽ ꝑfecte impletũ cũ quærela nõ trãsmittatẽ ad hæredes,& mr̃ q̃ promisit a lite desistere, vr̃ solũ ꝓmisisse pro se nõ pro hæredib.ex quo quęrela hoc casu non erat transitoria ad hæredes arg.no.in l.quæsitũ.§.fi.in gl.ff.de prẽca.fortius dicebat Ang.& Ric.de Sal.& Ful.ꝙ mr̃ incõtinẽti cũ discessit à lite renunciãdo ei,dr̃ ꝑfecte impleuisse ɔtũ,q̃a promisit desistere à lite & intelligitẽ.s.presenti. vñ eo ipso ꝙ à lite discessit dr̃ perfecte impleuisse formã cõuẽtionis, & sm istũ intellectũ dicit Ang.ꝙ superuacua est oppo.quã format hic Bar.opponendo de l.actionẽ & cũ hoc vltimo vr̃ ɔcordare sñ Cy.licet cõiter corruptus habeatẽ. Idẽ ẽt tenet hic Ful.Ego puto verã esse opi.huius gl.ꝑ rõnẽ Bar.& istũ tex.hic in ver.datẽ.q̃ aliàs, deberet exponi ꝑ cõpetit, & sic impropriaretẽ litera l.licet interdũ.ita improprietẽ l.j.& in l.si tibi.& in l.patris,de præscr.ver.nõ obstãt iura.s.alle.q̃a ille qui ꝓmittit desistere à lite promittit factũ successiuũ,videlicet continuam desistẽtiã , & ꝑ ɔñs vr̃ promisisse nõ suscitare quærelã non solũ de iure, sed nec de facto ꝑ d.l.vbi.& dixit in d.l.actione. vñ si nos cõsideramus suscitationẽ quærele de iure,tũc Bal.bñ loquitẽ.s.ꝙ mr̃ non vr̃ ꝓmisisse de hæredib.suis cũ ad eos non transeat quærela, aut cõsideramus suscitationẽ quærele de facto & hoc mõ bñ vr̃ ꝓmisisse, ẽt ꝑ hæredib.qui representãt ꝑsonã mr̃is. nec põt impugnare factũ eius, iuxta l.si creditorib.cũ similib.j.de seruo pign.da.manumisso, q̃a q̃tũ ad respectũ suscitationis de facto, q̃rela sine dubio est transitoria ad hæredes. nec puto verũ ꝙ mr̃ quæ promisit à lite desistere dicatẽ ꝑfecte adimpleuisse renunciando li.q̃a si hoc esset verũ sequeretẽ quod hic debuisset nasci directa actio ꝑscr.ver.hic aũt dr̃ ꝙ datẽ vtilis quæ habet locũ ex æquitate, vt l.pe.cũ simi.ff.si quadru.paupẽ.fecis.dicatẽ. & dicere ꝙ vtilis hic dicatẽ.s.efficax ꝓut facit gl.hic in ver.vtilis.& ẽt verbũ datẽ, exponatẽ pro cõpetit, esset ẽt impropriare literã. & Bal.ẽt hic fatetẽ ꝙ ꝑ solam renunciationẽ litis, nõ dr̃ mater ꝑfecte impleuisse q̃a permittẽs discedere a lite intelligitẽ sm cũ promisisse discedere non solũ præsentialiter, sed ẽt in futurũ,alle.l.ij.i prin.ff.de cõd.ob cãm, & l.inter stãlianũ.ff.de arb.sed bñ fingitẽ sm enim ꝑ mortẽ ꝑfecte cẽ impletũ, q̃a iure non vr̃ promisisse pro hęredib.vt.s.retuli.& ista opi.quã tenet Bal. fuit opi.Martini Sileiani.& Ia.But.hic. sed eam in hoc vltimo,s.ꝙ ꝑ mortẽ fingatẽ plene impletũ improbaui.s.sequutus Bar.& alios. ¶ In ea.ibi,fuit do vt facias &c.hoc reprobaui super tex.iõ rñde ꝙ licet hoc fuerit,facio vt des, tñ ex præstatione facti aliquid aderat ei cui renunciatũ.ideo datur actio ꝑscriptis verbis,vt fuit visum in l.actione.¶ In ea.ibi,fides nõ seruãti &c.Ad istũ primũ modũ opponẽdi nõ adaptatur prima solutio,q̃a non est fauor filiorũ ipsos seruare fidẽ nõ seruanti. sed bñ adaptatẽ secũda solutio quæ tñ nõ est bona, vt sup ea dicã. vñ soluẽdo dic quod hic nõ põt redire ad primã actionẽ vel quærelã quæ fuit extincta morte mr̃is, attento ꝙ fingitẽ nõ p̃parata.vt in gl.j.sed in l.cũ proponas.nõ erat extincta prima actio.nõ obstat si dicatẽ ꝙ poterant hęredes restitui ad q̃relã ꝑ cõdõnẽ ob cãm,iux.l.si q̃s accepto, de cõdi.ob cãm, q̃a ad hoc rñ.vt hic ꝑ Bar.cũ quo trãseunt oẽs.¶ † In ea.ibi,ex pacto actio ad hũc sm modũ opponẽdi adaptatẽ.j.sol.gl.q̃ tñ nõ est bona,q̃a tex. hic nõ se fundat in fauore filiorũ. & idẽ esset i extraneis hæredib. sm oẽs.¶ Vnde vera est sol.ꝙ in l.cũ proponas.ille q̃ volebat agere ex trãsactione nõ ꝑfecte impleuerat transactionẽ, q̃a sm verũ intellectũ quẽ ibi ponit Bar.agẽs ibi ex transactione nudo pacto facta promiserat nunq̃ petere fundũ. iõ nunquã põt dici perfecte impleuisse,vt ibi ẽt sensit gl in ver.natã.nõ mirũ si nõ egit ibi actio ꝑscriptis verbis,sed deberet redire ad actionẽ primã cõpetentem ad fundũ q̃ non erat extincta.Sed hic dato ꝙ ꝑ parte hæredũ non esset ꝑfecte impletũ,vt tenui.s.tñ q̃a nõ poterant redire ad antiq̃ actionẽ id est quærelã & nullo alio remedio consului poterat eis ideo l.ex æquitate.dedit vtilẽ ꝑscr.ver.& hoc sensit glo.hic sola.vel sm alios q̃ tenẽt ꝙ hic perfecte fuit impletũ . Solue ꝙ in l.cũ proponas.ꝑfecte nõ adimpleuit . iõ nõ poterat ibi agere ex trãsactione.¶ In ea.ibi, iure ꝑ pactũ tollitẽ &c.doc.tñ cõiter q̃ tenẽt primã solõnẽ gl.positã sup verbo , ꝑ vos.reprobãt istã gl.q̃a est ɔ dictã l.si instituta.¶ Nõ ob. d.§.q̃dã.q̃a ibi actio erat odiosa, tñ nõ oritẽ ex delicto.& ista est magis cõis opi.ꝓut dixi i d.gl.sup ver.Per vos. & licet ibi ñ rñderim ad d.l.si ꝑfundo.i verbo,instaurari.quã allegat Ful.tñ faciliter rñderur ꝙ ibi aduersarius adimpleuerat q̃tũ in eo possibile fuit.iõ ɔ cũ ñ põt resuscitari lis vt ibi declarat Bar.hic aũt aduersarius hr̃dũ nil adimpleuit . ¶ In ea.ibi,q̃a acceptila.&c.q̃a tũc ille cui nõ seruantẽ ꝓmissa nõ põt redire ad antiq̃ actionẽ , sed agit ꝑscr.verb.vt hic,& ita limitantẽ regulæ ad d.l.cum proponas.

ADDITIONES.

a ¶Modum.Sequitur Fran.de Are.cõsi.clj.in prin.vbi ponit de illis verbis,cum conditione , & onere.

b ¶Fran.Cur. In l.cum tale.§.j.Adde tu & vide Pao.de Ca.ibi, & aduerte quia non est recedendum ab opi.Bar.quæ est cõmunis sm Alex.in consi.cij.in.j.volu.

Gordiani. LEX VII.

1 *Procurator ad agendum transigendo non præiudicat domino.*

2 *Procurator ad agendum compromittendo non præiudicat domino.*

TRansactionis. † Procurator ad agendũ, transigẽdo nõ præiudicat dño h.d.¶ Et idẽ dicas in cõpromisso , q̃a censetẽ esse quædã trãsactio, vt in auc.vt diffe.iudi. post prin.& ibi hoc not.& ꝑ ɔñs ad cõpromittendũ requiritẽ spẽale mãdatũ. ꝙ est notã.sm Bal.hoc. ¶ Adde Bar.in l.mandato ff.de ꝓcu.& ibi oĩno vide Ang.dicentẽ se credere hoc esse verũ tm̃ in cõpromisso,ꝙ fieret in arbitratorẽ. sec' in arbitro ꝑ rõnẽ quã ibi vide ꝑ cũ.¶ † Tu dicas ꝙ idẽ erit i cõpromisso faciendo in arbitro,[a] ꝓut voluit expresse Bar.in d.l.mandato.ꝑ quo allego tex.in c.ꝑ tuas. & ibi no.de arb.pro quo etiam facit,q̃a maius affertẽ p̃iudiciũ ꝑ cõpromissum in arbitrũ.patet. in d.l.diem proferre.§.stari.ff.de arbi.& in l.si minor.xxv.ann.filio.§. minores, de min.iuncta l.si societatem.§.arbitrorum.ff.pro socio. ¶ In gl.fi.ibi,liberã,& ẽt magis expresse hr̃ i c.q̃ ad agendũ.i fi.de ꝓcu.in.vj.& vide no.in c.cõtingit.de trãs.& limita, & declara,[b] vt per Bar.in l.qui Romę.§.callimachus.de ver.ob.in d.l.mandato.

ADDITIONES.

a ¶Arbitro.Dicit hic.d.An.de Alex.ꝙ putat ꝙ habẽs mãdatũ ad trãsigendũ nõ possit cõpromittere de iure,q̃a facit aliud q̃ sibi mãdatũ fuerit ɔ l.itaq;.ff.ď iureiu.& l.ꝓcurator ad vnã.ff.de ꝓc.& affirmat.d.Ias.hic,q̃b.adde ꝙ voluit Fed.cõs.clxvij.ꝙ hñs mãdatũ trãsigẽdi & ɔpromittẽdi nõ põt cedere actionẽ ẽt si cedẽdo actionẽ plus cõsequeretẽ q̃ trãsigẽdo. & vide Alex.i l.de fideicõ.j.eo.vbi aliter scripsi.

b ¶Frã.Cur. Limita & declara.Adde ꝙ ista l.nõ procedit q̃ñ transactio esset proficua dño.ita Pet.de An.in c.qui ad agendũ.de procu.li.vj.pro quo facit ꝙ no.Bal.in rub.ff.de exer.vbi in mandato quantũcunq; simplici veniunt oĩa quæ mandanti proficua sunt . itẽ adde ꝙ in minimis reb.nõ habet locũ l.ista,iuxta.not.in c.tua nos.extra de arb.& an.in l.mandato gñali.ff.de ꝓcu aduerte tñ quia his diebus cõsului mulieri , ꝙ habẽs mandatũ ad cõpromittendũ nõ poterat cõpromittere in arbitratorẽ,quia app.cõpromissi in dubio intelligitẽ de iure & sic nõ in arbitratorẽ.ita Spec.nec alibi memini me legisse in tit.de arbi.circa fi.ver.si quis simpliciter . quod no.& tex.istũ intellige ẽt nõ habere locũ q̃ñ procurator ꝑsente dño & nõ cõtradicẽte nõ trãsigeret,gl.est , & ibi Panor.i c.cũ olim.extra de off. dele. sicut ẽt videmus quod delegatus ab inferiore à Principe nõ subdelegat l.à iudice.j.de iudic.subdelegat tñ in præsentia delegantis l.j.§.magistrũ.ff.de exerc.& si in mãdato esset clausula ꝙ dñs permitteret habere ratũ &c.tunc talis ꝓcurator posset trãsigere & etiã per hoc limitaretur iste tex.ita Ang.in l.ꝓcurator absente.ff.de ꝓcu.aduerte tñ quia hoc nõ vĩ verũ q̃a vr̃ se fundare Ang.ꝙ illa clausula,haberet ratũ,habeat vim cõcessionis.de quo vide ꝑ Bar.i l.j.ff.de offi. ꝓcu.cæs. & eõdem opi. vide relatũ ꝑ Alex.i l.si ꝓcurator ad vnã speciẽ.j.de ꝓc & ẽt adde ꝙ q̃ñ ex forma stat vel cõsuetudinis ea deberet cõpromitti,tũc ꝓcurator generaliter cõstitutus poterit cõpromittere. ita Ang.& Pau.ď Ca.i l.si plures.ff.de pac. tñ q̃a videntẽ mãdata oĩa necessaria, tam antecedẽtia q̃ sequẽtia ꝑ lite expediẽda l.ad rem mobilẽ.& l.ad rem legatã.ff.de ꝓcu.tñ q̃a in mãdato gñali veniunt oĩa , q̃ sunt iuris & cõsuetudinis, & ad q̃ mandãs posset cõpelli l.bene a Zenone.j.de quadr.ꝑscr.& ibi ponderãt Bal & Ang.facit l.apud celsum.§.in hac.in fi.vbi visus esset.ff.de doli exce & ho.tex.in l.si pignore.§ fi.in ver.visus.quẽ põderat Bar.& Pau.de Ca.ibi.ff.de pig.act.& oĩa necessaria & vtilia mandati semꝑ censentur inesse ꝓcurationi,vt dicit Bal.i rub.de exerc.l.alleg.& oĩa q̃ de cõsuetudine sunt censentẽ mãdata.ita Bar.i l.si ꝓcurator.ff.de iur.fis & soleo late explicare i l.certi cõdi.§.si nũmos.ff.si cer.pe.tñ q̃a arbitri q̃ eligunt ex necessitate statuti censentẽ loco iudicũ delegatorũ.tex.est,& ibi no.Bal.& oẽs i l.cũ spãli.j.ď iudi.& Bal.i l.si iudex.ff.de his q̃ sunt sui vel alie.iur.& adde ad id ꝙ dicit hic gl de ꝓcu.cũ libera.& fita vt ꝑ Bar.i l.q Romę.§.callimachus.ff.ď ver.ob.cuius doctrinã magnificit Mathe.no.suo.xcix.& vide Ang.Are.in.§.ꝑterea.char.xij.Insti.de exceptio.

Gordiani.

Gordiani. LEX VIII.

1 *Transigere an liceat super alimentis.*
2 *Alimentarius potest petere alimenta ab eo, qui eum tenetur alere, licet seipsum aluerit.*

DE alimentis. † Propter breuitatem nõ summat. ¶ † No. ex princ. Bal. q ille cui alimenta debent licet seipsum aluerit, nihilominus petere põt ab obligato q tenebatur eum alere, & sic facit pro viduis se alentibus. ¶ Nam p hoc nõ perdunt alimẽta suarũ dotium fm eũ. hoc limita pcedere qñ alimẽta debent iure actionis, vt ex cõtu seu vlti. volunt. secus si iudicis officio, vt in alimentis debitis à patre filio l. si quis à liberis. §. sed si filios. ff. de li. agno. & not. Bar. pulchre in l. libertis. quos §. j. ff. de alimen. leg. Vbi dicit hoc verum nisi fili' pecunias accepisset mutuo, vñ se aleret, q a pr nõ teneret & ex hoc dicit Pau. de Ca. in l. diuortio. i pn. ff. so. ma. q si vxor sol. ma. j. annũ restituende doris habuit alimenta ab alio q ab hæredibus viri, nõ poterit petere p alio anno aliquid ab heredibus viri p alimentis, q a nõ debet ali ab eis, nisi qñ nõ habet aliunde vñ se alat, vt no. gl. ij. i d. l. diuortio. & isto casu dr habuisse aliunde vñ se aleret qñ ab alio alimentata fuit, nisi fm eũ mulier interpellasset heredes viri, & fuissent in mora, & p p hoc pecuniã mutuo accepit vt se aleret. q dicit cẽ quondianũ, & pluries vidisse de facto. Et intelligat no. per Bal. hic, licet Pau. de Ca. non faciat mentionẽ de dicto Bal. hic, neq; de dictis Bar. i d. l. libertis. Prædictis ẽt adde do. de Ro. in cõclu. ccc. quæ incipit. Itẽ q monachus. vbi dicunt q pro alimentis præteritis monacho ab abbate denegatis [a] non põt monachus ɔtra abbatẽ agere. ¶ Quia obstat exceptio, dolo facis q a petis q restituturus es. l. dolo. ff. de excep. doli. sed pro futuris sic, per id q habetur in c. ex parte, de accusationibus.

ADDITIO.

